



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De emendatione, seu reformatioне vitæ status.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

**T**ertia; mecum insuper reputare,  
si mors ingrueret, quem me mal-  
lem obseruasse modam in præsent  
deliberatione. Iuxta hunc igitur, eli-  
gendum nunc esse facile intelligam.

**Q**uarta; prospicere non minus,  
quando pro tribunali sistar iudi-  
candus, quo me consilio hac in re-  
vsum esse vellem. Quo agnito nunc  
vtar, ut eo tempore magis sum securus.

**A**dnotandum est postremo, quod  
hisce regulis quatuor propter sa-  
lutem meam, & animi quietem ac-  
curate seruatis, debeo iuxta ultimum  
punctum modi præcedentis, ele-  
ctionem ipsam definire, & offerre  
Deo comprobandam.

*DE E M E N D A T I O N E S E V  
reformatione circa vitæ statum  
cuius facienda.*

**I**n primis illud est adiutendum,  
quod si quis vel matrimonio, vel

officio

officio dignitatis ecclesiasticæ sit adstrictus ( de temporalium verò bonorum quantitate , magna an parua sit, non ieficit ) vnde ipsi non vacet, aut paruum libeat circa mutabilem rerum electiones versari : operæ pretium est , earum loco methodum ei tradi , seu formulam aliquam , ex qua vitam suam , & statum proprium possit emendare .

**D**Ebet igitur , quisquis eiusmodi cōditionem sortitus est , ut finem creationis , & vitæ suæ recte statuat , ac sequatur , per exercitia supradicta , & electionum modos attendere , atque ruminando sedulo colligere , quam amplam domum & familiam , æquum sit se habere : quibus eā modis tractare , & administrare conueniat : quibus instruere verbis , & exemplis : quantum præterea de possēsis facultatibus sumptū facere liceat in usus proprios , siue domesticos :

quid

quid rursum pauperibus erogare, vel  
impendere piis operibus deceat: ni-  
hil affectando aliud, nec quærendo,  
nisi quod honorem D E I & salutem  
suam præstet. Hoc enim unusquisq;  
persuasum habeat, tantum se in stu-  
diis spiritualibus promoturum esse,  
quantum ab amore sui ipsius & com-  
modi proprij affectione sese abstra-  
xerit.

### TERTIA HEBDO M A D A.

*P R I M A C O N T E M P L A-*  
*tio\* fit in media nocte, & continet ora-*  
*tionem præparatoriam, tria prelu-*  
*dia, sex puncta, cum uno*  
*colloquio.*



RATRO præparatoria ea-  
dem, quæ semper.  
Præludium primum, su-  
mitur ex historia: Quomodo CHRI-  
STVS à Bethania misit Hierosolymam

disci-